



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

10. Oppositionibus ab autoritate obuiatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

ad hæc fere tempora, nostri omnes, imo & externi Complutensium Magistri, atque ex Augustiniana familia viri doctissimi nuntiantur, ex mordicis impugnant, & horrent: ac iure, me iudice, non exigo, vi controu. 4. d. de intentionibus diuinis. quæst. de iurentionibus efficacibus actuum liberorum creatorum uidebimus. Idcirco argumentum hoc, nili ad hominem contra Thomistas illos, & si qui impoterius possibileriter præfinitum erga nostros liberum actus admittentes, licentiamque conditionatam eorum Deo negantes, utendum tuo non erit.

317. Hoc tamen argumentum, quod est possibilitate di-
nitarum præfinitionum efformatum, & confirmatum
etiam à Recentioribus, parum roboris habet, quia falso
plurisque, & nobis etiam, de præfinitionum nostrorum
actuum liberorum principio mittitur: & prædeterminationis
diuinæ certitudine, & infallibilitate, quæ non solum
possibilis; sed existens in Deo absolute, & de facto est
maiori longe robore pro diuina nostrorum actuum liber-
orum sub conditione futurorum, vt eo futuritibus statu
sunt, conditionata scientia instructorum. Etenim diuinam
prædeterminationem essentia sua infrutrabilem esse, de fide
est: cum aurem intrinsecè antecedenter efficaciam &
connexionem non habeat cum liberis, & honestis nostris
actionibus, per quas obtinenda de facto salus nostra est,
ad quam per illam prædestinamur, ne earum officii li-
bertati, nulla illa infallibilis, & necessaria prædetermina-
tio cum salute prædestinati connectio, ac subinde præde-
stinationis infrutrabilitas esse potest, nisi è conditionata
nostrorum actuum, & scientiæ de eis in statu illo condi-
tionata, quæ essentia sua prædeterminatio dirigitur, & re-
guletur præsuppositione: ex qua proinde solum Deus in
negocio prædeterminationis nostræ, quæ Deus serio de nostra
agit salute, prudenter, & absque frustranei conatus peti-
culo se gerat.

CERTAMEN X.

Oppositionibus ab autoritate ob-
viatur.

1. **O**pponit Ledefma d. 2. de auxil. dif. 2. §. Primo
probat eſt Cuius loco citato in c. 4. Sup. illud
Genel. 3. Non ergo ne forte miſtat manum ſuam. Et ſumat
etiam de ligno vite. Vbi ſepruaginta vertunt. Ne quando
extendat manum ſuam. Et ſumat de ligno vite: Chal-
daica aduerbio forte etiam vtiſſe: Vatablus: Et nunc
periculum eſt, ne forte omittat manum ſuam. Deuter. 4.
Non vidifſis aliquam ſimilitudinem &c. ne forte decepti
ſaciatis vobis ſculpam ſimilitudinem ſculturæ, vel ſimi-
li. c. 7. Non poteris ea delere pariter: ne forte multi-
plicentur contra te beſtia terre. Iſai. 48. Predixi tibi, ne forte
et tunc, antequam venirent mala, indicavi tibi, ne forte
diceret: Idola mea fecerunt. Et quibus locis, eſt ſola con-
cordiæ ratio lectione pluriſbus argui particula forte
ſatis ſignificari eorum contingentium conditionatorum
dubietatem proprietate ſermonis, quæ à catholico inter-
prete in omni ſcripſure loco tenenda eſt, quando eius
proprietas, nec diſci, nec rationi aduerſatur, iuxta regulam
veteruſſimi Tichonij probatam ab Auguſtino S. de
Doctrina Chriſtiana. c. 10. hic autem nullum eſt incon-
ueniens, ſi dubitans non ex parte cognitionis diſſe intel-
ligatur, fed ex parte obiecti, quod dubium in ſe eſt, ne
magis ad vnam partem, quam ad aliam determinatur,
quod Deus ita certiffime cognofcat: id quod confirmari
poſſet, quia Deus cum cognofcit meum de aliquo iudi-
cium eſſe probabile, meum eſſe de aliquo dubium, &
probabile ex parte obiecti ſine vlla imperfectione, aut du-
bietate ex parte ſue ſcientiæ cognofcit: quod iplum illis
Dei ad Moyſen verſus Exodi 4. continetur: Si non cre-
diderint tibi neque audierint ſermonem ſigni prioris, cre-
dent verbo ſigni ſequentis: quod ſi, neque duobus qui-
dem his ſignis crediderint, neque audierint vocem tuam,
ſume aquam fluminis, & effunde eam ſuper aridam, &
quidquid hauerit de fluſſio verteretur in ſanguinem. Vbi

euentus incertitudo sub primo, & secundo signo satis declaratur.

14. Sed et si eis locis particula *scilicet* dubitatis obiectum solum enunciaretur, atque eius solum cognitio acquieretur in Deo; aliter in aliis supra adductis vbi ea particula, aliaue cum dubitaretur immens non aliter: sed conditionati euentus praeiudicant absolute: scientiam Dei certam de illis, nec solum de eorum probabilitate contineri, inficari auctoritatis nequeunt, vel ex allegata ab ipsis regula interpretandi scripturas, imo inde in his ipsis locis, quae nobis opponunt, conditionatorum scientiam diuinam contineri planum est. Siquidem si ad aliquam conditionatam contingentiam Scientiam Dei extendi faciendum auctoritatis necessario est: ad omnia itidem extendi necessaria illatione conuenit; cum, & Deus omniscius sit, nec vnum conditionatum sit alio magis cognoscibile, aptumque certam Dei, & infallibilem terminare cognitionem. Et quoniam negare non possumus, Deum dubitarem obiectum, sicuti & iudiciorum nostrorum probabiliter, atque mentis nostrae dubitationes cognoscere: aut euentus ipsos sub eis conditionibus indifferentibus, atque obiectis dubiis, & indeterminatis futuros, de quibus eis locis loquitur, a Deo cognosci siue omnia scientia diuina detrimentum negari non potest. Licet enim conditiones illae indifferentes, & indeterminatae, tam ad illos, quam ad eorum opposita de se sint; alii, quod libet eis libere licet, & contingenter, atque abque causarum, & conditionum determinatione antecedente futurum conditionate est, determinatum conditioner, & sub eis conditionibus est: non secus atque, quod, ab eis absolute positis, & natura sua indifferentibus, absolute in se determinatum est: licet in causis determinatum non sit; sed indifferentem, vel ipsum, vel eius oppositum.

3. Quod si ea conditionum indifferencia, & indeterminatio obesset determinationi conditionatorum in se sufficiens, ut diuinam terminaret (sello non determinante) cognitionem, eadem earundem conditionum absolute positarum indifferencia, & indeterminatio absoluta obesset determinationi absolute futurorum sufficienti, ut ad ea repræsentanda diuina etiam cognitio extenderetur: quæ & præsentia absoluta futurorum liberorum secundum se, & determinata suam entitatem negari Deo eodem discutiui deberet: siquæ probabilioritas, aut dubietas obiectiua, quæ in conditionum illarum absolute positarum indifferencia ad verum, & in determinatione ad futurum illud absolute est, scientia Deo admittenda foret. Ex his autem constat non sine magno rationis, & Theologicæ incommodo illud in poplitis, & similibus locis diuinarum prædicationum, siue de conditionatis, siue de absolute futuris aduerbium *ferre*, & similia dubitationem præferentia eo sensu accipisse: germanice cum recitatis Patribus interpretandis esse, vi, vel ad significandam arbitrii libertatem, vel voluntatis humane duriorem, atque in euentibus, siue conditionate, siue absolute ponendis difficultatem, aut paucitatem eorum, quæ eo positiui iure, apposite ab Spiritu Sancto dicantur. Id quod testimonio illo ex c. 4. Exodi solummodo significatur: sicut et ludas difficultati Moysi, cuiusque signis crediturus, non omnes primo signo, sed aliquos: neque item reliquos, secundo, licet plures, sed terro: eos autem omnes singularum quæque loco, & signo crediturus, certo Deus ciebat, eorumque in credendo difficultatem: ac proinde de eo Moyses pramonuit: ne, cum vtrumque experiret capitis, Deique mandato peragendo animum depensans absteriret.

4. Secondo opponitur Augst. epist. 105. ad Sixtum, & 112. de anima, & eius origine, & loco à nobis explicato certam, 3. à n. 8. cap. 14. de prædest. sanctior. ubi opera sub conditione futuræ parui baptizati, & ingratia ob illa à Deo, vt Semipelagiani dicebant, correpti vocat *futura non futura*: coramque diuinum præficientiam *examinari* ait loco cit. de anima, id est, inaneem, Deoque indignam reddi. Verum, vt citato loco dicebam, Augustinus folium negat Deo absolute opera illa infantis præmutare correpti, quæ meritorie Deum mouere possent, præficia ad eum tunc in gratia baptismali capiendum; cuiusmodi solum absoluta, sive absolute futura opera

opera esse possunt: quare & ea opera futura non futura erant, quia absolute talia non sunt, ut ad meritum motionem opus erat: ac proinde præscientiam eorum, quæ merentur meritorie Deo debebat, absolutam, inanem, & falsam fore: miraturque c. illo 14. de prædest. sanctior aliquem, & puris conditionatis operibus, eorumque præscientiam Deum ad præmium, vel supplicium præreptis, vel in gratia, vel in originali Deum mouendum, fuisse, arbitratum, his verbis: *Sed unde hæc talibus viris in mentem venerit, nescio: ut futura, quæ non sunt futura, absolute, & sine addito diminutive puniuntur aut honorantur merita paruulorum*: & c. 12. de anima citato, exinanti Dei præscientiam ait: *Si quid præscitur non erit*, in sic ante absoluta opera præreptis, scilicet absolute, ut ad præmium moueant, vel pœnam recipiendam, ut immediate labebitur: *Quomodo enim puniuntur peccata, quæ non erant*.

Et sane, cum, non, nisi ex manifeste falsis, & per se fore notis veritatibus oppositis, admiratione sola, vel eius, quod asserunt, inculcata solum interrogatione, aut simplici oppositi assertionem refelli aliquis prudenter possit: dum ea opera immature ante eorum operationem præreptorum assertionem, quod non sunt futura, seu non erunt, admirationeque, & interrogatione solis refellit, ostendit sed & constanti omnibus, vel ex terminis ipsis non futuritione operum loqui, quæ præreptorum morte demonstratur: ea vero absolute solum est, & quæ merito, ac demerito patet, vel supplicio, apta ea reddebat; non de conditione eorum futuritione, quæ ad præreptorum per durationem, imo neque absolute infantium aliquando existentibus solum; sed, & de nullquam exituris operibus, non ab Augustino solum toties asseritur; sed ab omnibus, etiam aduersariis: est ad eius futuritionis conditionatæ operum consentientiam decretum de illa efficax subiectiue absolutum, & obiectiue conditionatum requirant: de quo tunc non disputamus.

6. Opponitur tertio S. Thom. 1. p. q. 14. a. 13. corp. dicens cum, qui contingens cognoscit, non in se, sed in sua causa, solum habere de illo coniecturalem cognitionem: ut Deus nequit cognoscere contingens in se; sed in sua causa: ergo solum coniecturaliter illud cognoscit: argueretur probat contingens absolute futurum, nec solum conditionatæ, imo & absolute præsens coniecturaliter solum à Deo cognosci; si quid probat: quia falsa est minor; in ipsa quippe maiori supponit S. Thom. contingens ab aliquo posse cognosci in se: si ab aliquo autem cur non à Deo, qui omnia, & omni modo, quo absque imperfectione cognosci possunt, cognoscit: secundo contingens, est in sua causa non habet determinationem essentialem, quia causa ad neutrum extremum determinata est, sed indifferens ad utrumque: ac proinde in ea, & ex ea neutrum determinate cognosci certo valeat; sed ut summum ex aliqua maiori propensione causæ ad alterum ex illis coniecturaliter solum, ut S. Thom. ibi aiebat: aut in se determinatam entitatem, & veritatem, nec cum extremo opposito indifferenter, & communem; sed prorsus diueriam, & aduersam: quare in se positum semel cognitionem terminare valet, & certam: quia ex suppositione, quod sit, nequit pro tunc non esse. Unde contingens scientia, quæ illum in quouis statu, siue absolute, siue conditionato, siue possibilitatis in seipso supponit incerta, & infallibilis non magis esse potest, quam possit idem quandoque est, simul non esse, id est, duo contradictoria sibi mutuo coexistere, & amice componi.

7. Opponitur quarto idem S. Doctor recitatis verbis aduersus: *Contingens aliquod dupliciter considerari potest: uno modo in seipso, secundum quod iam actu est, & sic non consideratur ut futurum: sed ut præsens. Alio modo potest considerari contingens, ut est in sua causa: atque altero & duobus modis cognosci posse à Deo, ait. Sed per nos nequit à Deo cognosci in sua causa, seu conditione conditionatum contingens: quia solum coniecturaliter cognoscitur à Deo, ut nuper ex S. Thom. dicebamus: sed neque potest cognosci in se contingens conditionatum, ut actu est in se: siquidem actu in se non est, ut patet: ergo neque eo modo cognosci à Deo potest: quare neque vilo modo cognosci, cum alius modus ipsum cognoscendi non sit. Respondetur facile: S. Thomam ibi de cognitione contingentium absolute futurorum solum-*

modo egisse, non de cognitione contingentium conditionatorum: quare monebam proxime, argumenta omnia ex eo loco petita contra cognitionem diuinam futurorum absolute contingentium æque pugnare, & quidem magis ad textum. De futuris autem absolute certissimum est non posse in se absolute esse futura, quia pro aliqua duratione actu absolute sint. De conditionatis vero, quæ absolute futura non sunt; sed conditionate solum suspense, & sub hypothesi, id est, quæ essent, si conditio poneretur, opus non est, ut actu absolute aliquando sint, ut in se conditionata sint futura; sed satis omnino est, ut, si poneretur conditio, forent, ut sint sub hypothesi, & conditione in seipsis futura, atque ut talia, & in eo statu conditionato in se futura cognoscantur. Imo ut certam. 8. num. 7. demonstrabam ab statu futuritionis absolute contingentis in se, cuiusque cognitione, ad statum futuritionis conditionatæ eiusdem contingentis in se, cuiusque ut in se pro eo statu conditionato est, cognitionem sit inuitabilis consequentia: ex doctrina hæc S. Doctoris de cognitione, & cognoscibilitate contingentis futuri absoluti, ut in se actu est ad cognoscibilitatem eiusdem in statu conditionato, ut in eo statu est, inuitabilis est consequentia.

8. Opponitur quinto Damasc. Dial. aduers. Manich. longe à medio scribens: *Si cum (diabolum) perueniendum prænoscebat, certe, & omnino futurum prænoscebat. Etenim eius, quod non omnino futurum sit, præscientia, non præscientia, sed ignoratio est, & impostura. Infra: Quenam autem modo præscire queat quod futurum non est? Nam, si aliquem peccatum præscisset, nec eum condidisset, præscientia hæc non esset, sed impostura. Cum autem Damascenus ibi questionem illi responderet Manichæorum: cur Deus de lapsu Angeli præscire illum nihilominus creauerit, quam præscientiam conditionatam solum lapsus Angeli si crearetur, esse docuimus, eamque neget Damascenus: utique conditionate futuri contingentis præscientiam Deo negat. Secundo: præscientia eius, quod absolute futurum non est, ignoratio, & impostura per Damascenium est: ergo præscientia, quæ absolute non est, ignoratio, & impostura est: quia omnis præscientia absolute futuri præscientia absoluta est: aut præscientia contingentis conditionati, siue conditionate futuri præscientia absoluta non est: ergo impostura, & ignoratio à Deo alienissima est per Damascenium. Communis est nobis cum magis recentibus Thomistis huius testimonij difficultas: vnde cumque enim conditionata contingentis futuritio proveniat, & consistat, siue è subiectiue absolute, & obiectiue conditionato Dei efficaci decreto, ut hi volunt; siue ex hypothesi plena, & pure, ut nos volumus, eam à Deo præsciri, videtur negare Damascenus: quare valde disalceata est cursus Carmelitani Theologici è decreto illo solutio, ut huic testimonio satisfaciatur: solutio pro omnibus solida sit, Damascenium questionem huic ex præscientia conditionata, & antecedente decretum creandi Angelum prius respondisse, ut vidimus certam. 7. num. 3. præscientiam hanc conditionatam à Dei bonitate superatam, ut ea pro priori ad decretum Angeli creandi ab eo retrahente, non obstante Angelum creare nihilominus absolute decerneret, ac de facto crearet. Postea vero quia præscientiæ vox æquiuoca erat, ac proinde Manichæorum, vel ignorantia, (quæ, teste Augustino, magna erat) vel consueta hæreticis malitia absolutam poterat sonare etiam eam oppositis verbis consutauit, ut doctè Ruiz obicitur.*

CERTAMEN XI.

Oppositis à ratione occurrunt.

1. **P**rimo opponitur à ratione. Assertores scientiæ conditionatæ certæ, & infallibilis de contingentibus sub conditione futuris variant: at varietas opinionis defendendæ de falsitate illam, ut minimum, valde suspectam facit: ergo ei non subiacet conditionata de contingentibus sub conditione futuris, quam Deo appingimus. Respondetur: falsam esse maiorem. Nulla quippe est nostra